Vado
Un documento

AL NOVELLO SACERDOTE

D. LUIGI COLAVITI

PRIMIZIA DEL CLERO DI VADO DI FOSSALTA

QUESTO DOCUMENTO

PERCHÈ GLI RICORDI SEMPRE

IL PIÙ BEL GIORNO DI SUA VITA

E L' ESULTANZA DELLA PATRIA

L' ARCIPRETE D. LEONARDO ZANNIER

O.

AVVERTENZA

Fra i tanti feudi, onde il Capitolo Cattedrale di Concordia era stato arricchito da' suoi Vescovi, andavano compresi anche quelli della villa di Vado e di venticinque *masi* in Giussago, per il diritto di *Avvocazia* dei quali, nella prima metà del secolo XIII sorse litigio fra Federico dei Conti di Prata Vescovo Concordiese ed i Canonici.

A comporre la controversia convennero le parti, nel 21 Febbraio 1236, nella sacristia di Concordia; ed in atti del notaio Ottolino da Vicenza fu determinato, che il diritto in contestazione rimanesse al Capitolo, ma che gli abitanti di Vado e di Giussago dovessero presentarsi ogni anno, con gli altri sudditi della Sede Vescovile, al Placito generale dell' Avvocato, e dare vitto ed alloggio a Federico e a' successori suoi, quando, nella loro qualità non di principi, ma di Vescovi, fossero capitati nelle loro pertinenze. Tale convenzione

fu confermata nel 27 Luglio dell'anno stesso, dal Patriarca Bertoldo, essendo presenti, oltre Federico, Gerardo Vescovo di Emona, Stefano abate di Sesto e parecchi nobili ministeriali della corte Aquileiese.

Un secolo dopo, Fiorenzo Decano Concordiese faceva compilare un rottolo dei redditi del Capitolo di Concordia, dal quale risulta che i Canonici possedevano in Vado trent'un *maso* ed altri minori poderi, ed oltre la decima e le servitù personali ed altri tributi, percepivano sessantanove staia di frumento, ottantacinque di miglio, ottantatre di sorgo ed ottanta orne di vino.

Con licenza del Papa Paolo III, nel 1544, i feudi di Vado furono in buona parte dati a livello.

Dai *masi* di Giussago la mensa Capitolare ritraeva una rendita di poco inferiore a quella di Vado. Ma dalla malaria disertati d'abitatori, nel 27 Maggio 1447 furono concessi ad enfiteusi verso un'annua contribuzione di frumento, vino e danaro, e colla riserva del quartese dei grani e del vino « *et salvis quartesiis frugum et vini prefato Capitulo debendis* » (1)

Anno Domini Millesimo CCXXXVI. Indictione VIIIJ die VIIIJ exeunte mense februarij. In presentia domini Gualterij dei gratia Sumaquensis Abatis. domini presbiteri Vodolrici Vicarij Concordiensis. Redulfi de ture vilici domini episcopi Concordiensis. Frederici de Concordia. Conradi de

(1) Codice Membranaceo Capitolare. N. 3 p. 83.

Goriza de portuveteri. prucardi et leonardelli de Concordia et aliorum.

Cum contentio verteretur inter dominum Fredericum dei gratia episcopum Concordiensem ex una parte et Capitulum eiusdem Ecclesie ex altera super advocatia quam dictus dominus episcopus proponebat se habere in villa de Vado et super XXV mansis quos Capitulum Concordiensem et Canonici habent in villa de Jusaco ipsis Canonicis contrarium asserentibus et fuisset hinc inde ab utraque parte satis disceptatum. tandem ad talem concordium devenerunt. quod dictus dominus episcopus predicte contentioni cessit. et si quod ius habebat episcopatus vel videbatur habere *racione* alicuius advocacie in predictis locis. illud supra dicto Capitulo pro bono statu Concordiensis Ecclesie et bono pacis pro se et nomine sui episcopatus concessit plenarie et irrevocabiliter donationem fecit. hoc excepto quod homines predictorum locorum obedire teneantur placito advocacie sive advocati semel in anno. et si contingat dictum dominum episcopum vel aliquo modo successorum suorum personaliter ospitari in villa de Vado vel super illis XXV mansis de Jusaco teneantur homines predictorum locorum dicto domino episcopo vel successori suo qui pro tempore fuerit tectum et *forium* competenter dare et hoc tamquam episcopo non racione alicuius advocacie. et si ipse dominus episcopus vel aliquis de suis ultra hoc quod superius dictum est aggravaret prefatos homines aliquid extorquendo vel accipiendo ab eis teneatur ipse dominus episcopus infra XV dies ex quo ei fuerit hoc a capitulo

denunciatum et super hoc fuerit requisitus sub pena centum marcarum revocare gravamen et facere restituere quod fuerit ablatum. quod si facere obmiserit penam dicto Capitulo solvere teneatur donacione ipsi Capitulo facta nichilominus in suo et perpetuo robore perdurante. predicti vero Canonici silicet dominus Bernardus prepositus. dominus Marcus decanus. dominus Conradus de regugna. hengelmarius. Mathias. Zilius et Richoldus canonici eiusdem ecclesie. considerantes quod dominus episcopus erga Capitulum suum se bene habuerat et omnibus modis paternali affectu se gesserat volentes etiam episcopatum illesum servare secundum conscientiam dicto domino episcopo nomine episcopatus recipienti per concessione et donacione ipsi facta supra dicto iuris si quid episcopatus habebat vel videbatur habere CC et L libras denariorum venetorum dederunt in utilitatem episcopatus convertendas. quas libras confessus fuit dominus episcopus se a Capitulo prenominato recepisse et in se hábere. Actum in Concordia in sacrario ecclesie Concordiensis.

Ego Otolinus Vicentinus Sacri Palacii notarius. interfui et de hoc duas cartas consonantes huius tenoris scripsi et roboravi.

(Pergamena orig. nell' Archiv. Capit. - Le parole in corsivo sono dubbie -)

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Anno domini Millesimo CCXXXVJ, die quinto exeunte Julio. Indictione nona. In presentia domini Federici Concordiensis

Episcopi. Domini Gerardi Emonensis Episcopi. Domini Stephani Sextensis abbatis. Magistri alexandri agarici de Castello. Volgrer de Cuchagna. Johanis de Portis. Brisse de Toppo. Golit de Arsenico et aliorum. Dominus Pertoldus dei gratia Aquilejensis patriarcha pro se suosque successores stabilivit atque omnino confirmavit contractum scriptum per manus Ottolini Vicentini notarij quem dominus Federicus dei gratia Concordiensis Episcopus fecit et contraxit cum eodem Concordiense Capitulo cujus tenor talis est: *(segue l' atto di cui sopra).*

Ego . . . . . Judex et imperialis auctoritate notarius ut recepi in abreviationem q.m d.ni Ottolini Judicis et Notarij, mandato d.ni Bertoldi dei gratia Patriarcha Aquilegensis, scripsi.

(Copia notarile inserita nel Cod. Memb. Capitolare. N. 3 p. 20.)